



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XXXVII. Der Bischof Dietrich bestätigt die Dotirung eines Altares in Nauen, am 17. Mai 1366.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

XXXVI. Markgraf Otto dotirt einen Altar in Nauen, am 1. Juni 1365.

Noverint univerti tenorem presentium inspecturi, quod nos Otto, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie marchio etc. ob honorem et reverentiam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue virginis Marie et omnium sanctorum nec non ob jugem et perhennem magnificorum principum, marchionum Brandenburgensium, predecessorum nostrorum pie recordationis, nostri, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam sempiternam appropriavimus et presentibus appropriamus sex mansos sitos in villa Berghe et in districtu ejusdem ville cum curia et costatis eisdem adjacentibus, qui prius dominorum de Oftheren fuerunt, ad altare beatorum apostolorum Petri et Pauli situandum et fundandum in ecclesia parochiali civitatis nostre in Nowen cum omnibus juribus, cum pacto, censu, precaria, absque omni servitio personali aut pecuniali, cum agris, pratis, pascuis, paludibus perpetuis temporibus justo proprietatis titulo pertinenda. Poterit etiam et debet altarista dicti altaris, qui pro tempore fuerit seu quicumque nomine ipsius predictam curiam inhabitavit, tenuit seu possedit, ovile seu gregem ovium in curia dictorum mansorum tenere et servare et in pascuis dicte ville pascere, prout alii villani ejusdem ville id facere et juxta quod revera ab olim hactenus possessores et domini et inhabitatores de jure consueverunt, renunciantes etiam pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni juri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis in dictis mansis competit aut competere poterit aliquantulum in futurum. Debet etiam plebanus dicti loci in Nowen, qui pro tempore fuerit, adhibito tamen simplici altaristarum ibidem consensu, personam idoneam ad dictum altare, quotienscunque necessarium fuerit presentare. In cujus rei testimonium etc. presentibus nobili viro Henrico comite in Swartzborgh, advocato nostro in Spandowe, strennuisque viris Martino de Kuntzendorff, milite, curie nostre magistro, Henrico de Schulenborch, Nichelino de Ermeritorp et aliis pluribus fide dignis. Datum Nowen anno domini millesimo CCC. LX. quinto, in die penthecostes, et etiam plebano in Kyritz, notario nostro.

Nach dem Original des Brandenburger Domarchives.

XXXVII. Der Bischof Dietrich bestätigt die Dotirung eines Altars in Nauen, am 17. Mai 1366.

Ad perpetuam subscriptorum notitiam. Nos Thidericus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Brandenburg. ecclesie, universis et singulis, presentibus et futuris, cupimus fore notum per presentes, quod illustris principis domini, domini Ottonis, marchionis Brandenburg. audivimus et de verbo ad verbum fideliter perspeximus literas suo sigillo autentico sigillatas, sanas et integras et omni prorsus suspitione carentes, in hec verba: Noverint etc. (Es folgt die Urk. vom J. 1365). Nos igitur Thydericus Brandenburg. episcopus predictus per amplius recognoscimus per idem scriptum, quod ad instantem requisitionem dominorum et altaristarum predictorum in Nowen de consensu eorum, quorum interesse potuit, predictum altare nos consecravimus in honore beatorum Petri et Pauli apostolorum predictorum et ipsum et literas domini Ottonis marchionis Brandenburg. predicti presentibus insertas predictas ratificavimus, approbavimus et confirmavimus nec non presentibus ratificamus, approbamus et in dei nomine confirmamus, volentes ipsum et eas in forma et in

Haupttheil I. Bd. VII.

materia ac in omnibus suis clausulis perpetuis temporibus durare et valere, ipsius plebani, qui pro tempore in Nowen predicta fuerit, jure semper salvo. Datum et actum Nowen anno domini M. CCC. LX. sexto, dominica die infra ascensionem domini nostro sub sigillo presentibus appenso in testimonium premissorum.

Aus einem Copialbuche des Domstifts Brandenburg.

XXXVIII. Vergleich zwischen dem Domcapitel zu Brandenburg und dem Mathias Honow wegen der Pfarre zu Nauen, vom 11. August 1366.

In nomine domini Amen. Anno nativitatis ejusdem M^o. CCC^o. sexagesimo sexto, indictione quarta, undecima die mensis Augusti, hora tertiarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Urbani, divina providentia pape quinti, anno IIII, in porticu ecclesie sancte Marie virginis gloriose in Berlin, Brandenburgensis diocesis, in mei, notarii publici infra scripti, ac testium subscriptorum presentia constitutis venerabili patre domino Ottone, preposito, et honorabili viro, domino Bernardo, cellerario ecclesie Brandenburgensis, nomine suo et sui capituli ex una parte et domino Mathia dicto Honow, perpetuo vicario altaris undecim milium virginum, in ecclesia sancte Marie virginis oppidi Berlin, dicte Brandenburg. diocesis, situati, ex altera, dictus dominus Mathias, bonam fidem agnoscens ex certa sua scientia sponte et libere recognovit et confessus fuit, quod discreti viri, fratres sui, Wilhelmus, Henning et Nicolaus, dicti Honow, laici et cives in dicto opido Berlin et incole diocesis ejusdem, nomine et ex parte ipsius Mathie fecerant amicabilem compositionem cum dictis dominis, preposito et capitulo, et de auctoritate seu consensu reverendi in Christo patris et domini, domini Theoderici episcopi Brandeb. super et de omni lite, questione causa et controversia, que fuit unquam intra et extra Romanam curiam inter dictas partes super et de ecclesia parochiali oppidi Nowen dicte diocesis et ejus occasione, quodque per ipsam compositionem fuit jam dictum altare canonice consecutus et eandem compositionem expresse ratificavit ac gratam, ratam et firmam perpetuo se servare et tenere promissit domino preposito memorato et in quantum de jure melius et efficacius potuit, renunciare cuicumque juri, si quid habuit ad dictam parochialem ecclesiam vel in ipsa, nec non omni liti, questioni, cause et controversie predictis et omnibus dictis litis sive sint intra Romanam curiam sive extra ad commodum et utilitatem dominorum prepositi et capituli predictorum animo abdicandi illa a se penitus ex certa sua scientia sponte et libere renunciavit. Protestabatur etiam, quod, si necesse esset in futurum ipsi Mathie vel dictis dominis preposito et capitulo, amplius renunciare predictis juri, liti, questioni, cause et controversie et omnibus, quam supra renunciatum est, renunciationem hujusmodi libenter facere intendit et dictam parochialem ecclesiam a se penitus abdicare, ubi et quando Mathie vel predictis dominis videbitur expedire. Et presens instrumentum publicum inde fieri et dictis dominis, preposito et capitulo, per me volebat presentari. Acta sunt hec ut supra, presentibus honorabilibus et discretis viris, domino Henrico Rodese, capellano in Berlin, domino Martino Zinnendorf, altaris in nova civitate presbyteris, Brandenburg. diocesis, et quam pluribus aliis fide dignis testibus, ad premissa vocatis specialiter et rogatis in testimonium omnium premissorum.

Et ego Nicolaus Ruleken, clericus Brandenburg. diocesis, publicus imperiali auctoritate